Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Non enim in arcu meo sperabo. & gladius meus non
saluabit me.
Saluasti enim nos de affligentibus nos. & odientes
nos confudisti.
In dō laudabimur tota die. & in nomine tuo con
fitebimur in seculum. ōp
Nunc autem reppulisti & confudisti nos. & non
egredieris in uirtutibus nris.
Auertisti nos retrorsum post inimicos nros. & qui
oderunt nos diripiebant sibi.
Dedisti nos tanquā oues escarum. & in gentibus
dispersisti nos.
Vendidisti populum tuum sine precio. & ñ fuit
multitudo in commutationibus eorum.
Posuisti nos obprbrium uicinis nris. subsannatio
nem & derisum his qui sunt in circuitu nro.
Posuisti nos in similitudinē gentibus. commotionē
capitis in populis